Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26300
Copyright: Admont, Benediktinerstift

SVCCEDIT deinde salemon. In quo quidem non nulla
imago rei future facta est. in eo
ut. et pacem habuit secundum nomen quod templum edifica
suum. Salemon quippe
interpretatur pacificus. de p hoc tale uocabulum illi uerissime
congruit. p quem mediatorem ex inimicis accepta remissione peccatorum
reconciliamur do. Et cum eum inimici essemus. reconciliati sumus do p mortem
filii eius. Ipse enim ille pacificus. qui fecit utraque unum. et medium parietem
maceriem soluens inimicicias in carne sua legemque mandatorum
decretis euacuans. ut duos conderet in se in unum nouum
hominem faciens pacem. uenens euangelizauit pacem his qui longe et
his qui prope. Ipse in euangelio dicit. Pacem meam do uobis. pacem meam relinquo
uobis. Hic et alius testimoniis multis. dns nr ihc et pacificus et
monstratur. De templi edificatione. Capitulum.

NAM quid quod salemon edificauit templum excellentissimum do. et
ibi arpin significat. quod edificauit domum do in celestibus non de
lignis et de lapidibus. s; de hominibus scis. hoc est fidelibus qui dicit apls.
Templum dei sanctum est. quod estis uos. Quod cum cadit dom lapidibus dolatis atque
perfectis edificata est. et malleus. et securis et omne ferramentum non est auditum
in templo dum edificaretur. Quod illa dom ut predictum est in ecclam sanctam
quam in celestibus dns inhabitat figurabat. do cui edificationem electe
anime expectant. qsi quda expolitis lapides. Que cum edificantur in celis.
nullus illic disciplinem malleus resonat. qa dolati atque perfecti illuc la
pides ducuntur. ut locis iuxta meritum congruis disponantur. Hinc enim
foris rundum ut illuc sine ulla reprehensione inueniantur. Altitudo
autem templi hui dnici ad fidem refertur. longitudo ad spem latitudo
ad caritatem. His tribus uirtutibus quasi luminaribus sancta ecclam celes
tis instructura consunt. Porro quo parietes templi intus ligno
tegunt. hoc ob ministerium dnice crucis imaginatum est sub cuius
tutela pretegunt omnis sci. qui in disrupte pacis perseuerantia tamque
lapides uiui instructura ecclie unitate fidei solidantur. Et bene
intus ligno uestitur templum qa corde creditur ad iusticiam. Quod cum